





1798, 2, 2  
DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE EO  
QVOD IVSTVM EST  
CIRCA

# RESCRIPTA DE EMENDANDO

SE V  
ORDINATI O N E S

PRAESERTIM  
SECUNDVM IVS PROVINCIALE BRVNSVICO  
LVNEBVRGICVM

---

QVAM  
AVCTORITATE INCLITI IVRECONSULTORVM ORDINIS  
PRO OBTINENDIS  
SVMMIS IN VTROQUE IVRE HONORIBVS

D. XXXI. MARTII MDCCXCVIII.

DEFENDET

AVCTOR  
HENR. GEORG. FRID. CLAREN  
CELLENSIS.

---

GOTTINGAE  
TYPIS IOANN. CHRISTIAN. DIETERICH.

DISSERTATIO INAGARII IARIDIENSIS

DE BO

QVOD IASTVM EST

GRADUS

REGIS PETRI DE HENNEPINI

224

OJONATI ONE

RAESEN FAM

SCANDIA IUS TRADICIVE PRINSICO  
LANFRICIA

GRADUS

A. LORENZIUS LECTIO I. TRADICIVAE ODO

PRO CONTINUATIONE

SCHOLIA IN LIBROPA IURE HONORARIO

EX AXAK MINTERRI IN GEGOLO

DE LIBRIS

ACADEMIA

THEO. GEORG. KURT. CALLEN

CATHOLICAE

QD. TIXEVI

LUDV. IOANN. CHRISTIAN. DETERRE

V I R O  
PRAENOBILISSIMO AMPLISSIMO  
**FRID. GOTTLIB CLAREN**

SECRETARIO CVRIAEC PROVINCIALIS DVCATVS CELLENSIS

P A T R I S V O  
LONGE INDVLGENTISSIMO ATQVE CLEMENTISSIMO  
GRATA MENTE IN AETERNVM VENERANDO

H A S C E  
QVALESCVCQVE STVDIORVM PRIMITIAS

S A C R A S E S S E

V V L T

FILIVS Q E S E Q V E N T I S S I M V S

A V C T O R.

O a i v

PIRENEZORRIEZZIMO AMPLISSIONO

MRD. GOTTLIEB GLYNN

THEATRIS - GARNIER - PARISIENSIS - MUSICALIA - LIBRARIA - CERTENALIS

## ОЧЕДНЫЙ

СКАЗКА + МУЗЫКА + ЭТИКИТЫ

23211

UNIVERSITY LIBRARY BOSTON MASSACHUSETTS

2 3 2 3 H T

C O N S P E C T U S.

I. Generalia quaedam de variis decisionum in appellatorio speciebus §. 1.

II. In specie de rescriptis de emendando

1) Notio cum speciebus §. 2. 3.

2) Historia usus eorum §. 4.

3) Indoles

A) Decernendorum rescr. de emend.

a) Generaliter spectatur §. 5.

b) Singula requisita §. 6 - 11.

c) Abusus §. 12.

B) Rite decretorum

a) Vis atque effectus §. 13.

b) Commoda §. 14.

c) Modi tollendi §. 15.

THESES.

# T H E S E S.

I.

*Testamentum imperiti literarum, nisi coeci, praelectione haud eget.*

II.

*Testes adhibendā in testimentis ad pias causas, probationis non vero solemnitatis causa exiguntur.*

III.

*Negotium quodlibet positivo haud reprobatum sed licitum actionem producit, nisi expresse denegata sit eidem per ius civile.*

IV.

*Actioni pignoratitiae directae quatenus relutionem pignoris spectat omnino non praescribitur donec facta sit relutio eidemque contradixerit creditor.*

V.

*Illata vxoris in dubio praesumuntur paraphernalia.*

VI.

*Ne quidem iurata renunciatio exceptionis SC. Macedoniani prodest, creditori.*

VII.

*Pactum commissorum contractui pignoratitio adiectum atque iumento firmatum debitorem pleno iure obligat.*

VIII.

*In separatione feudi ab allodio quoad fructus naturales tardius pro indolē climatis maturescentes terminus ad quem iure feudali Longobardico praefinitus respiciendus non est.*

---

Eadem,

Eadem, quae omnes summos in vtroque ambientes iure honores, premit difficultas, cura nempe *aptum* eligendi thema dissertationis, neque saepius iam recocatum, neque latius patens, neque tamen vsu aliquali practico destitutum, eadem nec fugit me sub finem cursus academicici modo dictos ambientem honores. Cum vero, e variis leges aplicandi modis, praxis judicaria praferenda mihi videatur theoreticis sollicitudinibus docentis; vitaeque genus elegerim practicum; e re visum est, differere circa thema quoddam processus civilis, vbi inter alia occurrit mihi thema iam propositum, tanto maioris (modo sufficient vires) utilitatis, quo saepius ex vsu saltim fori, vtantur rescriptis de emendando paeprimis iudicia superiora electoratus nostri. Veniam ergo petens ac indulgentiam implorans lectorum beneuolorum, operi iam accingar.

§. I.

I. *Generalia quaedam de variis decisionum praesertim in appellationis instantia, modis.*

Vtriusque generis remediorum, quae in iure nostro ad tollenda iudicium grauamina prodita sunt, tam coram eodem iudice, quam deuoluti uorum, idem est finis ultimus; is nempe,

vt

vt sub examen denuo vocetur sententia modusue procedendi,  
quem litigantium alteruter grauantes autumat.

Obtinemus vero hunc finem sententia in instantia remedii illius lata, quae vnu fori audit, *Relevanzbescheid*, quaque statuitur, iuste an quis vslis sit hoc remedio, nec ne? Hoc iudicium de iustitia grauaminum, quoties vslis quis est appellationis remedio, vario fertur modo, *huic* remedio proprio, quo ipso illud differt a remediis iuris coram eodem iudice. Appellatio enim introducta et iustificata a) vel 1) *statim* aut reicitur (quoties enarratis ipsius appellantis appetet, fundamento destitutum esse grauamen eius): aut grauamen a iudice a quo illatum statim emendatur, causa ipsa nihilominus apud eundem iudicem continuanda, quippe qui vt ipse grauamen tollat iubetur per *rescriptum de emendando*; vel 2) praeuiet et antequam de iustitia ipsius appellationis statuatur decernuntur processus appellationis modo *pleni*, quo casu nunc pertractatur causa in foro appellationis sequiturque demum vtraque parte satis audita sententia statuens, an fundata sit appellantis intentio nec ne; modo *minus pleni*, quo ipso forum iudicis ad quem pro futuro nondum est fundatum, sed sequente sententia confirmatoria acta remitti solent b) ad iudicem a quo, reformata autem sententia

a) v. Viri illustr. CLAPROTH *Einleitung in den ordentl. bürgerlichen Prozeß* 2. Th. §. 373-374. 382-385. DANZ *Grundsätze des ordentl. Prozesses* §. 427-430.

b) An vero haec remissio de iure exigi possit? de eo disceptatur inter ICtos v. LREYSER sp. 656. med. I. KNORR *Anleitung zum gerichtl. Prozeß* 1. B. 26. Hptf. §. 28. 29. contrarium vero tueretur sententiam G. L. BÖHMER *princ. iur. canon.* §. 841.

tentia a qua, pro iubitu c) index ad quem, modo emitit rescriptum de emendando ipsi iudicis quo iniungens emendationem grauaminis a se illati, modo causa in appellatorio decisa, nunc ibidem pertractur. Relictis caeteris sententiam de appellatione ferendi modis, meum iam erit, accuratius tantum inquirere in indelem rescriptorum de emendando.

in sup. ha. miscell. le. balli. §. 2.

misses misellini II. Thema ipsum

1) notio rescripti de emendando etc.

Longe aliud quidquam veteres sibi cogitauerunt sub vocabulo rescripti d), ac nostrates, principis quippe tantum litteras hocce indicantes vocabulo. Ex quo vero iudicia superiora, vice principis eiusque plerumque sub nomine e), curam regiminis atque iustitiae suscepérunt, omnes epistolae iudiciorum superiorum ad personam officio publico f) fungentem emissae, audiunt rescripta; sive proprio conscriptae fuerint motu, sive praeiis precibus. Hinc evenit, ut epistolam iudicij cuiusdam super-

c) PUFENDORF introd. in process. civil. Brunsv. Luneb. pte. 4. c. I.  
Sect. 6. §. 4. inf.

d) SCHVLTING diff. pro rescribitur imperatorum romanorum; in Opusculis Vol. I. p. 161 sq. Nendum loquar de vocabulo rescribere, quod in contractu nominum idem fuit ac soluere. v. HEINECCII antiquitat. roman. III. 22. 5.

e) Videsis e. gr. citationes edictales iudiciorum superiorum.

f) Responsa enim ad preces priuatorum in causis non controuerxis dicuntur resolutiones, in causis vero litigiosis decretæ.

B

superioris in causa quadam litigiosa ad inferiorem iudicem eo fine emissam, hic ut ipse tollat grauamen a se litigantium alterutri illatum, rescriptum dicamus et quidem de emendando, quia emendatio processus vel grauaminis eodem iniungitur iudicio inferiori. Tale rescriptum a *reformatoria, in forma sententiae per iudicium superius ipsum lata*, eo differt, quod

1) sententia supponat, litigium illud ad iudicem ad quem etiam pro futuro esse devolutum, inferiorisque indicis in eodem non amplius fundatam iurisdictionem; cum e contrario emissio rescripto de emendando, causa haud auocetur a iudice inferiori, sed potius nunc decernantur remissoriales;

2) formalis praeterea haec adeat differentia, quod in sententiis iudicium alloquatur partes; rescripta vero stylo epistolari ad inferiorem directae sint iudicem. Decreto hinc tali rescripto, in iudiciis saltim Brunsvico Luneburgicis simpli partibus eius datur notitia per decretum sese referens ad rescriptum g). Ex vsu summorum imperii tribunalium vocabulo ordinationum ibi insigniuntur eadem, quae nobis dicuntur rescripta de emendando, licet formaliter eae differant saltim in camera

g) Formula plerisque ita concepta:

„Hiemit wird den N.N. Appellaten die von dem N.N. Appellant, ten allhier übergebene Einführung und Rechtfertigung der Appellation (vel beyden Theilen der vom Amte P. anhero erstattete Bericht) copeylich zur Nachricht communiciret und nachdem — so ist gebetenermaßen rescriptum de emendando copeilichen Inhalts an das Untergericht erkannt und hierneben erlassen. Decretum &c.

camera imperiali, a rescriptis de emendando, ordinationibus  
quippe camerae, in forma DECRETI conceptis h).  
Huius rescripti allegant ut omnibus ab iuris consuetudinibus aut  
emendationibus iisib[us] quoam §. 3.

*Species resp[on]scr. de emendando.*

Species horum rescriptorum de emendando potissimum ad  
sunt duae, una, si statim ad iustificationem appellationis, ne  
praevia quidem inspectione actorum prioris instantiae, emittitur  
rescriptum; altera quae inspectis demum iisdem actis decernitur.  
Posteriorem hanc, anteriori plerumque praeferendam esse, nem[us]  
facile inficias ibit, cum haec ne dubitationem quidem relin-  
quat, quod veritate nitantur preces, in illa vero specie, iudi-  
cium superius periculum incurrat, ne eius religio sit circum-  
venta. — Alias distinctiones, verbi causa in resp[on]scr. de emen-  
dando conditionata seu cum clausula, et pura seu sine clau-  
sula, porro in talia quae modum definiti procedendi, et ea  
quae definiti causam decidunt, cum haec perse intelligantur,  
lubens praetermitto.

§. 4.

*2) Historia resp[on]scr. de emendando.*

Quod ad rescriptorum de emendando seu ordinationum  
attinet historiam, perilluстр. PÜTTER, praceptor pie coleundus,  
eam plenus exposuit intuitu summorum Imperii tribunalium i),  
quippe qui originem ordinationum in camera imperiali ab anno

h) v. perill. PÜTTER *Nova epitome process. imper.* §. 272. not. b.

i) In opuscul. rem iudiciar. imperii illustrantibus Nro. 15. p. 602 sq.

1691 inde, in consilio imperiali aulico vero inde ab anno 1725  
indagauit. Difficilius idem poterit praestari intuitu historiae  
vsus rescriptorum de emendando in singulis territoriis, nisi  
accessu quis gaudeat ad archiuia cuiusque iudicij superioris.

Sufficiat ergo mihi in academia adhuc versanti, circa  
historiam vsus rescriptorum de emendando in patria monuisse,  
illustrem iam PVFENDOREIVM <sup>k)</sup>, circa annum 1756 testem  
iam esse vsus, quo inualuerunt in foris nostris rescr. de emen-  
dando; cum que hic exemplum summorum Imperii tribunalium  
alleget pro firmando illorum vsu, dubitandum non est, quin  
iam antea, ab initio forsitan huius seculi eandem formam pro-  
cedendi fecuti sint tribunalia nostra; cum neminem fugiat  
quanta vbiique fuerit auctoritas summorum imperii tribunalium  
in excitanda iudiciorum prouincialium imitatione, praeterea que  
ordinatione summi prouocationum tribunalis nostri <sup>l)</sup>, de anno  
1712 et lege prouinciali dicta *Jusitrixreglement* de 1718 <sup>m)</sup>,  
iudiciis superioribus nostris expresse iniunctum sit, ne auditio  
quidem appellato statim reformare sententiam a qua aperte  
grauantem.

## §. 5.

<sup>n)</sup> Tom. 3. obs. 215. §. 97.

<sup>l)</sup> prte II. tit. 3. §. 8.

<sup>m)</sup> §. 4. verbis: "Würden aber die Gravamina erheblich und die Sache  
„genugsam instruirt gefunden, es erhellte, daß die Sententia a  
„qua — zu Rechte nicht bestehen könne; soll auch sodann keine  
„fernere Weitläufigkeit verfasset, sondern solche Urtheil sogleich  
„reformirt werden?"

de libens suis iudicis sententiis rescriptis emendando  
modo non erit. Indoles rescripto emendando quod est  
mentitur obtemperare. A) decernendorum. Hisce praemissa  
longe minoriter. a) generaliter spectatur.  
Hisce praemissa iam videamus, quid iustum. Et circa  
rescripta de emendando? Indoles eorum in duas abit par-  
tes, nempe minoritatem et aliorum sive minorem iudicem  
1) quidiam requiratur ut rite decernantur, et  
2) quis decretorum effectus atque comoda? Iam accingar  
priori, deinde et posterius spectandum veniet.

Rite ut emittantur rescripta de emendando a iudicio quo-  
dam appellantum, necessaria mihi videntur in sequentia:  
1) ut fundata sit iudicis superioris iurisdictio ea in lite, in qua  
iam aliquid emendandum venit;  
2) reformandum esse modum procedendi a iudice a quo obser-  
vatum, sententiamue ab eodem latam, et  
3) hac de re satis iam constare sine ulteriore causae discep-  
tione; prætereaque ibi iurisdictio iustificari debet.  
4) iudicem superiorum malle remittere hanc item ad iudicium  
inferius a quo, quam eam sibi retinere.

### §. 6.

- 2) Singula requisita decernendorum, rescr. de emendando  
a) iurisdictio iudicis ad quem fundata;

Quoties nempe ob defectum formalium vel neglegit  
fatalium causa omnino devoluta haud est ad iudicium superius,

B) 3) ut iudicem iurisdictum omnes

omnes qualescumque appellationis processus sunt denegandi, ab incompetente quippe iudice alias decreti, ad eoque nec locum sibi tunc vindicare potest rescriptum de emendando tanquam species processuum appellationis. Hinc patet primum, quod proposui requisitum, eo magis iure saltim patrio fundatum, quo accuratiorem leges provinciales nostrae disquisitionem atque examen formalium iniungant iudiciis appellationum n). Quid? apparente licet grauaminum iustitia, sed causa ad iudicium superius haud devoluta, rescripto de emendando locus non est, sed reicitur appellatio, referuato tamen remedio coram iudicio inferiori o).

Perinde vero est actu an obseruata sint remedii formalia, an vero contra eorum neglectum breui manu ob materialium iustitiam in integrum restitutus p) sit appellans, quo qdippe facta, vitium sanatur.

Sed fundata licet sit iurisdictio iudicij superioris rescripto de emendando, tamen locus non est, nisi iustitia quoque grauaminum reformatorijm exigat decreti a quo modiue procedendi in inferiori instantia inique admissi sententiam.

### Rescripta

n) *Jurizreglement de 1718. §. 4.*

*HASEN processus iudicarius c. 24. membr. r. §. 14.*

o) *Jurizreglement §. 8. o) cursus leb do eqmen osius*

p) *Io. ESENHART process. instantiae restitut. in integr. c. 5. §. 10.*

25m *PVENDORF introd. in process. civil. pte. 4. c. 4. §. 4.*

iuuen Rescripta enim de nemendando sunt species sententiae reformatiae in appellatorio latae; unde ne quidem declaratioes seu interpretationes sententiae grauantis concipi solent per modum rescripti de nemendando, sed continentur decreto appellationem reificente q); et cum declaratio sententiae A qua, ut atque effectu haud gaudeat sententiae reformatoriae, non obsoleta mutariansq; multo usq; rebus in vita eiusdem remaneant. Et auctor dicit in §. 8.

e) Sufficenter iam constare de grauamine appellanti illato; hinc locus non est rescripto, si plenarii decernuntur processus.

Praeterea rescriptum de emendando decernendum tertio supponit sufficentem adesse certitudinem grauaminiis, appellanti in priori instantia illati, nec praeuis necessarios esse plenarios appellationis processus. Quo magis enim periculosem atque absonum est ad narrata solius appellantis et nondum auditis altera parte r) emendare sententiam a qua, tanto accuratis regundi erunt fines descriptorum de emendando.

Locum sibi ergo non vindicant, haecce rescripta quaeque sententiae super relevantia grauaminum praecedere debent processus appellationis plenarii, id quod sit, iustitia grauaminum haud adeo ex ante actis quam ex factis noniter deducitis apparente, quae vi beneficii nondum deductis deducendi, in appellatorio allata sunt. Hoc enim easu omnino necesse est ut et appellatus antea audiatur, cum causa ad dictum satis instruenda

haud

q) HOMMEL teutscher Elanius voc. declaratoria sententia II.

r) SIEBER von der Nothwendigkeit der Appellaten zu führen. Göttingen 1761.

haud sit iudice quippe nesciente, an iniicias hic eat facta nouiter allata, nec ne? Quodsi vero decisum reformatorium ferendum esset ex ante actis, nulla nouorum, nullius quippe monenti, habita ratione vel noua in facto haud consistant sed in iure notorio <sup>s)</sup>, tunc ut antea plenarii determinantur processus necesse non est, sed licet eiusmodi allata sint noua, nihil tamen feciū statim ad vitandos processuum pleniorum ambages iuste sequitur, praesertim in terris nostris <sup>t)</sup> sententia reformatoria, adeoque, si placuerit iudici ad quem eius species rescr. de emendando, licet cautius forsitan sit, hoc etiam casu appellati exigere exceptiones.

Decretis vero semel processibus appellationis plenaris, citato nempe appellato, cuius est respondere libello appellationis, et emissis compulsorialibus atque inhibitorialibus, causa plenissime deuoluta ad iudicium superius, et utraque parte satis audita de relevantia grauaminum iam statuitur sententia solemniter publicata in iudicio appellationis; nunquam vero, licet reformatur sententia a qua, locum nunc quoque habet rescr. de emendando, quippe quod iudicem inferiorem ipsum sententiam secundum rescripti tenorem ferre supponit, iam vero eiusdem cognitio in hac omnino cessa causa, ob item per processus plenarios ad iudicium superius plenissime deuolutam. Hinc forsitan orta est obseruantia consilii imperialis aulici, quod decernantur quidem, si ordinatio locum habet, processus appellationis,

<sup>s)</sup> Adeoque haud in obseruantia vel consuetudine cuius de existentia his adhuc sub iudice forsitan esset.

<sup>t)</sup> Vid. supra §. 4. not. m.

reota, rescripta de emendando iuris transactis si narrata veritas numeranda emendanda sit.

**definitionis, sed suspensae carion expeditionis,** prescribatur iudicio inferiori, ipsum ut tollat grauamen; *u*; si enim actu expediti essent processus plenarii, tali dein rescripto vtendum haud foret.

**§. 21.** *Recte emittitur rescriptum de emendando iuris*

*appellationum recte decernendo.* **1)** quoties nulla facti, sed iuris tantum est quaestio.

E contrario vero, secundum requisitum supra (§. 8.) traditum iudicia appellationum recte decerpunt, rescripta de emendando **1)** quoties facti *x*) omnino nulla quaestio est, sed iuris tantum, idque sufficienter appetet ex rationibus forsan decidendi sententiae a qua insertis, alius partibus actorum in forma probante libello grauaminum adiunctis. Cum enim iuris nosse debeat curia, cui foret bono inspicere adhuc ante acta, aut exigere exceptions appellati, iudicis inferioris rationes decidendi? Nunquam fere, abuis licet themate quodam iuris controverso, index deductionibus litigantium mouebitur ut in alias abeat partes; quisnam ergo vñs horum deductionum, vbi contra ius in thesi in prima instantia pronunciatum esse index sentit superior pro sua quae ei est theoria? Non solum iacturae temporis, sed et impensis tunc parcetur, **STATIM** reformato decreto illustr. PÜTTER opuscula supra cit. §. 23 sq. di 100. a mot.

**x)** Iura quae in facto consistunt, v. c. consuetudines, quoad dubiam adhuc de eorum existentia quaestionem, rebus facti ad numeranda esse, per se intelligitur.

*Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-464181-p0019-5*

decreto grauante. Id quod innumeris quotidianas iudiciorum nostrorum superiorum y) praeceos firmatur.

§. 10.

2) Si de his quae sunt facti, an et quatenus sint in confessis dubiae luculenter constat.

Nec minus in iste statim absque ulteriori causae cognitione reformandum statuunt iudicia superiora sententiam grauantem, si 2) de his quae sunt facti fides haberi potest narratis appellantis, ita ut neque sub neque obreptionis metuenda sit exceptio. Hoc evenit

a) adpositis libello grauaminum omnibus alicuius momenti partibus actorum, iudicii inferioris fidei innixis (*unter Gerichts-Hand und Siegel*) exhibita infuper designatione ante-actorum, vnde appareat nullam deesse eorum partem releuantem. Tunc enim, re ipsa iam inspecta, sunt acta primae instantiae. Rarius vero, absque exhibitione huius designationis plena haberi potest fides appositis appellantis, quod nihil silentio praetermissum sit, nisi forsan ex introitu decreti a quo z), vel aliunde id constat. Hanc ob causam, ob dubia contra narrata appellantis adhuc mota,

y) Sic parcos ante annos, curiam prouincialem Calebergicam per rescr. de emend. liberasse noui, aum ab onere alendi nepotem illegitimum, a iudicio inferiori eidem ex sententia PUFENDORFII torn. 4. obs. 1664 §. 5. imposito; nec summum tribunal nostrum hanc emendationem ad nepotis querelam nullitatis corrigendam esse censuit.

z) v.c. quoties ex communicatione duplicarum eique statim iuncto decreto a quo, apparat ultra duplicas haud processisse litigantes, hae vero vt reliqua scripta libello sunt apposita grauaminum.

mota, rescripta de emendando *cum clausula si narrata veritate*  
nitantur, emissa esse memini. Praeterea,

β) veritas narratorum optime indagatur prius inspectis actis  
prima instantiae. Tunc enim fieri non potest ut circumue-  
niatur religio iudicis ad quem, nec, pro supposito, opus est  
exceptionibus appellati α), alias enim decernerentur processus  
appellationis plenarii, sed de defensione eius in prima instantia  
iam plenissime constat. Hanc ob causam iudicia appellantionum  
in terris nostris plerumque praeviam decernunt inspectionem  
ante actorum, et communicantes litigantibus dein literas quibus  
iudex a quo transmisit acta, simul pro re nata iungunt re-  
scriptum de emendando.

Quem tertium nonnulli addunt casum decernendi rescripta  
de emendando, ob vitia nempe in modo procedendi a iudice  
inferiori admissa, specialis isque proprius mihi non videtur,  
cum eiusmodi vitia haud minus vel in iure consistant vel in  
facto, adeoque et hic applicandae sunt regulae modo traditae;  
quibus neglectis nec ob malam directionem modi procedendi  
iuste decerni rescriptum de emendando mihi videtur.

## C. 2

## §. II.

α) Optime id illustratur formula decernendi in summo prouocatio-  
num tribunal Cellensi visitata, his verbis concepta;

„Demnach nunmehr in Sachen — Appellanten an einem ent-  
gegen und wider — Appellaten am andern Theile in puncto —  
„die von erfsterem über das am — bey Unserm — Gerichte zu —  
„abgegebene Erkenntniß geführte Beschwerden mit den verhandelten  
„Actis zusammengehalten und erwogen; auch solcher gestalt beschaf-  
„sen gefunden, daß es dagey keiner weiteren Ausführung bedürfe;  
Als wird die Sache hiemit von richterl Amts wegen für be-  
schlossen angenommen und von Uns &c. zu Recht erkannt &c.

circiter auctoritatem à iudicis summa ab auctoritate iuris.

d) *Iudicis superioris ex mens, ut remittendam potius, quam sibi*  
*alio auctoritate autem retinendam censeat causam.*

Sed supererit quartum quod *lupra* (§. 5.) proprius requiri-  
 sum; iudicium nempe superioris causam de qua appellatum  
 fuit, remittere malle ad iudicem a quo, quam sibi eam reti-  
 nere. Quotiescumque enim reformatio in appellatorio sequitur  
 tentia iudicio ad quod competit ius sibi vindicandi pro futuro  
 hanc item eamque non solum finiendo, sed et exequendi sen-  
 tentiam de eadem latam b). Quin, hoc ius, quoad appellatio-  
 nem saltem a definitiva interpositam, obligatorium videtur  
 secundum ius Romanum c) ita ut eidem renunciare haud posse  
 iudex superior; sed ex usu fori saltem iudiciorum nostrae ditio-  
 nis, ius superioris iudicis sibi vindicandi ulteriore caucae  
 cognitionem non nisi liberum est d), adeoque de arbitrio iudicis  
 superioris pendet an remittendam potius ad iudicem a quo  
 censeat causam, an auocandam ab eodem? Decreto autem  
 rescripto de emendando, remissio causae per se et implicite  
 decernitur cum iudici inferiori in illo praesinita sit norma,  
 quam ipse sequatur in ulteriore causae tractatione, quae vero  
 apud eum cessaret, nullis omnino devoluta esset ad iudicium  
 superioris. Hinc litterae renuntioriales, licet in rescripto de emen-  
 dando

b) c. 59 et 61. X. de appellationibus.

c) L. 6. pr. C. de appellationibus et consultat. (VII. 62.)

d) Teste PUFENDORFIO in *introduc.* in *process. civil.* pte. 4. cap. I.  
 sect. 6. §. 4.

audito pronuntiae eidemque iunctas haud sint, nihil tamen  
secius tacite eo ipso sunt decretae; unde postquam in rem  
iudicataam transit rescriptum illud emendatorium, petenda est  
expeditio harum literarum, quoties ante acta ad iudicium su-  
perius transmissa fuerunt, cum iudex a quo nondum remissis  
actis suis, ulterius in causa procedere non possit. Quodsi vero  
rescr. de emendando statim ad iustificationem appellationis se-  
cutum est, remissorialibus omnino haud opus.

§. 12.

3) *Abusus decernendorum rescr. de emendando.*

Sed haecce requisita saepius tantum in votis esse lugemus,  
cum nimis faciles sint nonnulli iudices superiores in fide ha-  
benda narratis litigantium; quid, si in hac narratione sufficienter  
haud probata ex ante actis, saepius emitunt rescr. de emen-  
dando neque audita altera parte neque inspectis actis prioribus;  
conuicti autem dein sese esse deceptos iterum tollere tenentur  
rescriptum suum. Quo ipso non solum iactura temporis haud  
contemnenda, sed et expensae oriuntur, quibus parcere potuisset  
iudicium, si requisitorum illorum memor fuisset. Quin, ex  
relatione amici cuiusdam fide digni, me percepisse memini ali-  
cubi quatuor in una eademque causa emissa esse rescripta de  
emendando sibi contraria, utroque scilicet litigantium semper  
remediis utente quoties aduersarius fauvabile sibi obtinuerat  
decisum! Quemnam autem fugit damnum ex tali sententiarum

C 3

incer.

e) Id quod fieri solet verbis:

„Und sollen nach beschrittener Rechtskraft dieses Decrets acta primae  
„instantiae an das iudicium a quo zum weiteren Verfahren remit-  
„tirt werden.

incertitudine exoriens? Nec quis quam obiciat, tale rescriptum, uti omnia rescripta superiorum intelligenda esse sub clausula si preces veritate nitantur. Licet enim principem in causis gratiae deceat quemlibet supplicantem bonum prae sumere atque veracem, iudex tamen difficultius a partium studio alienus videbitur quoties inaudita altera parte nec sufficienter probatis eis quae sunt facti sententiam ferre haud cunctatur.

## §. 13.

B) *Decretorum scr. de emendando*a) *vis et effectus.*

Sed ponamus, rite emissum esse rescriptum de emendando, quis iam eius vis atque effectus?

1) *Sententia modusque procedendi gravis reformatur.* Hoc quidem actu sit a iudice inferiori ipso, sed non nisi ex praescripto iudicij appellationis, unde fines rescripti de emendando neque restringendo neque extendendo transgredi eum licet; immo et declaratio rescripti emendatorij forsitan dubii a superiore petenda est iudice. Eandem vero ob causam, pronunciata quae appellationis concernunt instantiam e. gr. condemnatio in expensas prouocationis, — nunquam continentur hoc rescripto, sed partibus innuntur per decretum notificatorij, quod praeter rescriptum de emendando, a iudicio superiori simul expediri solet.

2) *Iudex a quo tenetur reformare sententiam suam iuxta tenorem emendationis emissae per decretum, quo partibus notum facit, sibi perlatum esse illud rescriptum cuius copiam petentibus concedit;* et si ulteriore opus adhuc est causae cognitione, haec iam in foro inferiori instituenda secundum ordinem modumque

prae-

praescriptum; quod si tamen compulsoriales praecesserint ante quam remissa fuerint ante acta, index inferior vterius non procedit.

3) Interpositio vero remediorum contra rescriptum emendatorium docum non habet coram indice inferiore, licet ipse emendationem decernant, sed cum inferior iussu tantum superioris sententiam reformauerit suam, superior adeundus est, pro tollenda iterum emendatione; nisi in subsidium quatenus etiam coram incompetente recte interponuntur iudice remedia iuris f).

4) Si veterus litigantium contra eandem sententiam usus sit remedio iuris, unus vero appellatione alter remedio coram eodem iudice, iudicis fori appellationis tunc erit statuere quoque an et quatenus fundata sit intentio eius, qui remedio haud deuolutuuo usus erat, quies praeviis compulsoriales reformatoria ad appellationem decernitur g), vel utriusque partis gravamen quam maxime est conexum. Hanc ob causam rescriptum de emendando praevia inspectione actorum primae instantiae emissum, simul continet decisionem remedii non devolutui, quo alter litigans in eadem usus est lite; si statim ad libellum grauaminum emendetur in appellationis instantia sententia grauans, iam nunc est iudicis *inferioris* sententiam ferre de remedio non deuolutuuo, nisi hoc per consequentiam cesseret ob emendationem in appellatorio decretam; praiejudiciali quippe e. gr. grauamine appellantis.

#### §. 14.

f) Illustr. CLAPROTH l.c. §. 352.

g) PUFENDORF l.c. not. k.

**b) *Commoda.*** *Commoda* is a genus of small, slender, creeping plants, with opposite, linear leaves, and small flowers.

Rite satisque caute decretorum rescriptorum de emendando  
haec potissimum commoda:

- i) Cum lis iam in foro inferiori vterius tractanda veniat, paretur impeuis atque iacturae temporis; modo quippe procedendi in iudiciis *superioribus* plerumque prolixiore maioresque exigente fuitus. Praeterea in pluribus iudiciis superioribus, solemnis eaque scripta exigitur relatio ex actis, si plenarii decreti fuerint processus; oralis vero tantum, quoties rescripta de emendando, uti quoque si confirmatoria, statim locum habet sententia; hinc facilioris quoque negotii ratione *iudicij* superioris sunt haecce rescripta.

2) Causae minoris momenti, hoc modo decidendi electo, molestiam haud adferunt iudiciis superioribus, propriis iisque maioris momenti causis satis plerumque occupatis.

3) In his etiam litibus vbi a situ, more regionis &c. aliquid pendet, feliciori plerumque gaudet exitu cognitio iudicis fori rei sitae et in loco praesentis ac eius qui alibi commoratur. Nihilo tamen secius.

4) ab alio quodam iudice sub examen vocata est sententia a qua, quod rarius successu gaudet ab eodem institutum iudice.

§. 15.

c) *Modi tollendi.*

Ne denique modos tollendi haecce rescripta praetermississe videar, moneam tantum iisdem ea, quibus *quaelibet sententiae, modis tolli; remedii, nempe iuris, tam ordinariis coram iudice rescriptum decernente elusue superiore institutis, quae aliunde nota sunt h).*


h) DANZ 1. c. §. 410.

**ULB Halle**  
004 813 057

3







1798, 2  
85  
84

IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE EO  
IVSTVM EST  
CIRCA  
**DE EMENDANDO**  
SE V  
**NATIONES**  
RAE SERTIM  
PROVINCIALE BRVNSVICO  
NEBVRGICVM  
QVAM  
ITI IVRE CONSVLTORVM ORDINIS  
OBTINENDIS  
OQVE IVRE HONORIBVS  
MARTII MDCCXCVIII.  
DEFENDET  
AVCTOR  
**G. FRID. CLAREN**  
CELLENSIS.  
TTINGAE  
CHRISTIAN. DIETERICH.